



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 149. Arefluctum ab Anglis obsessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

quo itinere suscepto veluti in transitu Charitæum, urbem ad Ligerim sitam armis suis subjecit.

ſæcul. XV.
A. C. 1440.

§. CXLIX.

Arefluſtum ab Anglis obſeſſum.

Eodem anno Angli Arefluſtum Norman- niæ urbem obſidione cingebant, non- niſi ſex armatorum millibus, & nonnul- lis navibus ad hanc expeditionem deſti- natis. Urbem propugnabant Eſtutevil- læ Principes, duo Fratres germani, qui Regis ſtipendia merebantur, tantoque ani- mi robore oppugnantium impetus reprim- ebant, ut Angli jam ſeptimum menſem irrito conatu pugnantes, loci occupandi ſpem abjicerent. Rex hac temporis op- portunitate ſolenter uſus, copias ſuas col- legit, urbi ſuppettias laturus. Præſicie- bantur huic exercitui Aurelianenſis No- thus, & Borbonius, qui primo Anglos aggredi, eorumque aggeres, & valla tran- ſcendere moliebantur. Verum ambo ho- ſte validiſſimis propugnaculis munito, non ſine gravi ſuorum jactura in fugam age- bantur; quocirca duabus, ac ferme tri- bus leucis inde retrocedere coacti, caſtra poſuerunt, ubi foedere cum Anglis ſanci- to convenerunt, ut urbs Arefluſtum una- cum Montevilla oppido Anglorum impe- rio relinqueretur, ac præſidarii milites

Jean Chart.
Hiſt. de
Charl. VII.
an. 1440.

Montivil-
liers.

Qq 3

urbe

Sæcul. XV. urbe excederent, concessa vitæ, & libertatis gratia, quæ pacis conditiones Religiosè observatæ fuerunt.

§. CL.

Aurelianensis Dux ab Anglis liber dimissus.

Aurelianensis Dux, postquam a prælio Azincurtiensi, quod Anno Christi millesimo quadringentesimo decimo quinto Gallis oppido infaustum erat, ab Henrico V. Anglorum Rege captus, indeque in Angliam perductus fuerat, ibi jam per viginti quinque annos detinebatur, hoc autem anno Mense Junio tandem libertati restitutus est, lytro eo magis accepto, quo minus exspectato. Quamvis etenim hucusque Burgundica, & Aurelianensis Domus mutuis, ac diutinis inter se odiis exarsissent, nihilo minus tamen Dumenfis Comes Aurelianensis Ducis Frater pro captivo Philippi Burgundiæ Ducis opem implorabat. Hic clementia non minus generosa, quam politica usus, gloriæ sibi ducebat, quod ipse tandem inimici sui calamitatibus finem imponeret. Cum autem Angli captivum libertati reddere renuerent, nisi persoluto trecentorum millium aureorum pretio, ideo Burgundiæ Dux ducenta millia numeravit, ea lege, ut Aurelianensis liber dimissus sibi in uxorem